5v

tini ciuitatem qui poles dicitur ciuitas. Qua
edificata omni dignitate senatorum &
sapientium romę degentium illuc trans
ductis. inuocauit illam secundam romam. Si quę
ris quando scripsit. datur intelligi ex
historiis & temporibus iustini & iustinia
ni imperatorum. Si queris ad quem scripsit.
ad iulianum consulem & patricium quem
habuit exhortatorem ad hoc opus peragendum.
Sciendum est praeterea hoc opus non a prisciano
scriptum. sed dictatum. Quem eo dictante fla
uius theodorus eius discipulus boni scolasticus
& notarius scripsit. sic ipse in titulis librorum
manifestat dicens ita sub contextu. Ego
theodorus dionisii uiri disertissimi filius.
memorialis sacri scrinii epistolarum & adiu
tor uiri magni quaestoris scripsit sub an
dis. hoc opus praeceptoris mei in urbe roma
constantinopolitana. Theodorus iste filius
fuit dionisii qui est id est doctus & eruditus a prisci
ano. sed eo tempore quando priscianus hoc opus
inchoauit. iam ad tantam sapientiam euaserat.
idem Theodorus propter nobilitatem generis &
doctrinę culmen erat & memorialis id est custos
& seruator sacri scrinii epistolarum id est libra
rii siue armarii publici. ubi sacrę epistolę
& sacri libri reponebantur. Fuit quidam in pa
latio adiutor magni quaestoris. conscribendo
epistolas quae ad diuersas mundi mittebantur
partes. Nomen uero auctoris r/lich/ Questo

[illegible]

[illegible]